

plena virtutibus fovebat et cum
plenebatur spiritualiter ipsa an
te mulieres omnes scitatem prece
lente: puto quod intelligit quod aiad
nent. Na alie quide partes gra
mervenerunt. ipa aute plena
gra ab angelo salutata. **Hec an**
telus. Oro. Illuc viga vesse
florida et fructifera maia vir
go btissima. de qua vincto ille
et singularis flos et fructus pro
dit. qd virtutu spualium gme eru
pit: flos suavissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mitens dulcore. flos cuius voi
tas expellit mesticia: fructus
cuius sacietas vlenam dat leticia
Bndicta viga de radice vesse:
bndictus flos: qd de tali ra
dice ascendit. Bndicta arbor bnd
ictus et arboris fructus. Tuo er
go flore me recrea: tuo fructu
ab omni miseria me libera: vigo
maia in eternu bndicta. amen.

De receptioe iohis bap^{te} Ca. iiii

Vit aute in di
ebus illis salz
in diebus hero
dis regis in dec.
sacdos quida
noie sachaias

de pace abia: et uxor eius noie

quatu ad observancia ceremonialium:
sine qrela. quatu ad observancia
iudicialium: qz pacifice se ad proxi
mos habebant. Et no eat illis
filius ppt stilitatem: q est causa
specialis muliei. Ex quo appaet
deceptio pcursozis miraculosa: qz
no fuit tantu p natura: sed per
naturam gra divina adiuta. **T**
Iste herodes de pre ydumeo de
cendens fuit alienigena: et ia cep
trum ablatu fuit de iuda: et
ideo tempus adueto xpi instabat: qz
iacob patriarcha spu pp hetico sig
nu aduetus xpi pdivent. qu reg
nu iude ad alienigenam translatum
ess diceb. Non auferet ceptrum
de iuda zc. Et sciendu est hic
qz cu moyses vnicu instituisse su
mu sacerdotem. cui mortuo unus p
ordine succedet: dauid volens n
pliac cultu domo dmi. de xxiiii fa
milijs q descenderat ab aaro in
stituit viginti quatuor sacerdotes: su
per quos tm unus maior eat et su
mus oim: q dicebat princeps sac
dotu. Instituit etia ut vicissim mi
nistrates p ebdomada a sabbo
usq ad sabbatu tepore vias sue
singuli castimoie student: nec
interi in domu ppam intraret:
sed in domuculis circa templum

msw. 08/11

alte Nr. 352.

Calixtus, G. mit

Samelband mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter auch
einige mathematische.

Herman. Comingus

c. 13. 13. c. XL.

F. III. 6.



DISPUTATIO
DE NATURA
ET FVNDAMENTIS ARISTOTELEAE LOGICAE

Publicè proposita

In alma VVitebergen-
sium Academia,

PRAESIDE

M. IO ANNE VIN-
CELBERGIO GARDALEG.

March. Poëta Laureato,

Respondente

CONRADO BERTRAMO

Helmstädiensi, Sax.

10. April. Horis matut. in Audi-
torio magno.

VVITEBERGAE

Excusa Typis Cratonis, Anno 1602.





Amplissimis & consultissimis Viris

D. HENRICO GRVN FELT,
pro tempore Rectori Magnifico :

Dn. ANDREÆ CLVDIO,
Illustris Academiae *IVLIAE* Professorib.

Dn. HILDEBRANDO GISELERO
RUMANNO I. II. Doctoribus

& Reverendis. Illustrissimoq; Principi ac Domino,

Dn. HENRICO IVLIO EPISCOTO
Haberstat. & Duci Brunsv. & Luneb. à consilijs :

NEC NON

Clariss. & excellentiss. Viris,

Dn. D. IOHANNI CASELIO,

Dn. M. CORNELIO MARTINI,

Philosophis ejusdem Academiae Patriae Professoribus,

Dominis præceptoribus & promotoribus suis

gratitudinis ergò, hanc disputationem

Logicam dedicat ac offert

Conradus Bertramus Helmstädiensis

Respondens.



Η Π Ο Α Υ Λ Ι Ο Ν .

Quam à Deo mortalium generi monstra-
tam esse Iamblichus aiebat, Logicæ vim & na-
turam paulisper rimabimur! & eam quidem
insistemus viam, ut definiendæ rei nomen primùm
videamus, tum definiendo rem colligamus, & colle-
ctam suas in partes resecemus.

T H E S I S I.



Logicæ nomine græco tanquam latino nos uti
& trito consuetudine, quod Cic. lib. 1. Acad.
quæst. ait, notum in vulgus ita est, ut nihil no-
tius. Et perinde notum, ἀπὸ τῆς λόγῃs dici, qua
voce significatur tam oratio quàm ratio.

I I.

Utramq; τῆς λόγῃs significationem complexus est Cicero, cum
Dialecticam vocat ibid. disciplinam orationis ratione conclusæ.
Tu si disciplinam Rationis definias, nec ullam orationis mentio-
nem facias, errabis nihil: quandoquidem illius per se magistra
est, hujus per accidens. Ratione semper, oratione non semper
utitur Logicus, ut in commentatione privata tacitaq; animi dis-
quisitione, nisi internam quandam animo velis orationem tribue-
re: quod si facias, non in scitè sanè facias, & fecit id ipsum Ari-
stoteles.

I I I.

Scitè namq; lib. 1. posterior. Analyt. context. 77. ἔπερὶ τὸν
ἔξω λόγον ἢ ἀπόδειξις, ἀλλὰ περὶ τὸν ἐν τῇ ψυχῇ (λόγον ἔσω) ἐπερὶ
ἔδε συλλογισμὸς. Neg, demonstratio, neg, Syllogismus, inquit, ad
id pertinet, quod Externa oratione aut affirmatur aut negatur,
sed ab Interna animi oratione, ab interiori sensu vim habet, eumq;
semper respicit.



IV.

Iam in contentionem si veniat Logica vox cum Dialectica, deprehendetur, illi totum discipline corpus, hac partem potius sapiusq; significari eam, quæ nostris est Topica.

V.

Neg. ratione res caret. Nam ad λόγον propius accedit τὸ λογίζεσθαι, latiusq; patere videtur, quam τὸ ἀγγελεσθαι.

VI.

Sed nos amoto queramus seria verbo. Nam in usu quidem nominum possumus esse faciles, dummodo constet quid rei sit Logice. Quod ut exquiramus penitius, cogitandum est primum de genere, tum de fine & subiecto. Definitionem deinde excipiet divisio.

ΖΗΤΗΜΑ Ι.

DE GENERE.

Genus definitionis est principium 4. Top. 1. quod ut per vestigemus exquisitori mentis indagine, hunc procedendi modum à notioribus tenebimus.

THESIS I.

Frustratis, si, quod volumus, queras in substantijs. Et quis ita delirus sit? Erit in accidentibus. Non in quantitate quidem, unde Lucian. & Quintil. definire videntur Artem congeriem seu multitudinem præceptorum. Nec in relatis invenietur Logica, nec in actionis & reliquorum Categoria. Restabit Qualitas, in qua tamen nullum obtinebit locum, nisi sit aut naturalis potentia aut habitus.

II.

Verum de naturali ratiocinandi potentia nullus hic nobis sermo. Non querimus eam, sed supponimus, communiter insitam omnibus Logicen: Cuius non scripta, sed nata lex est, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum à natura matre arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti sed facti non instituti

stituti, sed imbuti sumus. Nam & infantes & Laici, qui non Logici, nullaq; scientiâ exculti naturâ duce media inveniunt, syllogismos & enthymemata fabricant, inductiones & exempla producunt, definitiones aut descriptiones saltem quorundam, si interroges, afferre norunt. Sed hæc artis logica semina & initia nihil ad rhombum nostrum.

III.

Relinquebatur in qualitatibus habitus, & quidem animi, cuius duæ facultates sunt, cognoscens & appetens. In Appetente virtus est, non Logica.

IIII.

Vim cognoscentem intellectum & mentem nominant, & suis hæc perficitur habitibus, sapientia, intelligentia, prudentia, arte & scientia. Nam plures illius habitus non sunt, qui suum in sese finem contineant, atq; principales ob id dici mereantur. Sed sepositis tribus, sapientia, intelligentia, prudentia, quæ nihil negotij facessunt, de duobus litigari solet, Arte & scientia.

V.

Artem nominat Logicen Cic. Gal. Perion. Mirand. Ram. & alij. Scientiam Scotus & Petr. Hispanus tuentur nomine generis. Utrumq; nomen est $\omega\lambda\omicron\sigma\eta\mu\omicron\nu$, & nunc propriè sumitur, nunc ut $\sigma\iota\delta\eta\phi\omicron\zeta\upsilon\lambda\omicron\nu$ impropriè modisq; discrepantibus. Sed de verbulo nulla nobis erit magnopere contentio. Scindapsum aut blityri sanè nomines per me licet, dummodo sciam, quid sit, quod ita nomines.

VI.

Propriè, si vis, & exquisite vel distinctè certè possis artem definire cum Aristot. lib. 6. Eth. Nicomach. cap. 4. habitum vera cum ratione efficiendi, opus videlicet, non in mente manens, sed extraneum opus, idq; per instrumenta corporea, quemadmodum & Galeno dicitur Ars, quæ facit quippiam, ut adificativa, vel reficit, ut Medicina. lib. de constit. art Med.

VII.

Scientiam cum eodem Monarchâ scientiarum Philosopho, distinctè definire possis habitum è demonstratione progenitum,

re nimirum necessariâ per causam primam & proximam cognitâ.
In qua γνώσις ἢ θεωρία conquiescit & intra sese vertitur scien-
tia, neq; se profert ulterius.

VIII.

Sed quid hæc ad chordam logicæ: si proprietatem sermonis
spectus. Cateroquin improprie per sepe nomen utrumq; sumi fassi
sumus antè, nec eget demonstratione, cum sit in propatulo, ut in
Elench. Sophist. in Metaph. in Reth. in Antepred. ὡς τῶν ὄντων.

IX.

Dicatur igitur ars sanè, dicatur scientia, sed ἐν πλάσει, & ora-
torie & propter affinitatem aliquam, aut scopum alium, aut κατὰ
δόξαν alterius, & κατὰ ἀλθινα. Sumantur nomina promiscue. Lice-
at Ciceroni artem cum scientia quoq; confundere, cum inquit: Arti-
um omnium dici potest commune, ut in aliqua scientia versentur.
Scientia sua cuiusq; artis est. lib. 5. fin. bon. & mal. Sed ita
Cicero loquitur, ut Chrysippus. cum definiret fortitudinem per-
ferendarum rerum scientiam lib. 4. Tuscul. quæst. Nos interibi
res sua natura distinctas retinebimus, & distinctarum rerum
distincta volumus, ubi possunt haberi, nomina.

X.

Genus autem hæc indagamus non peregrinum, non remotum,
non ἄκρουν, non vulgare, vel oratorium, sed genuinum, quod
(ut ostensum est) nec in realibus mentis habitibus, quos vocant
principales, invenire est: At præter hæc itus illos quinq; primari-
os, tandem supersunt Instrumentales, qui primarys illis de-
serviunt.

XI.

Achabet quidem etiam anima nostra Instrumentum quod-
dam, quo intelligit, & unum ex alio colligit, quod nihil est ali-
ud, quam Mens & intellectus authore Aristot. in problem. sect.
30. probl. 5. ὅτι ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἐαυτοῖς ἡμῖν δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρη-
σόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργανοῖς, σῶμα μὲν χεῖρα, ψυχὴ δὲ νῦν. ἐσι γὰρ
ὁ νοῦς τῶν φύσει ἐν ἡμῖν ὡσπερ ὄργανον ὑπάρχων hoc est natura parens
omnium

omnium nobis duo inseruit, quorum ope instrumentis extraneis
uti valeremus: Manum, inquam, corpori dedit, animo mentem.
Est enim Mens quoque, rebus à natura nobis impertitis annumeran-
da, vicem sanct gerens instrumenti. Sed hic Mens ἀκυρολόγως in-
strumentum animi dicitur. Et nos instrumenti huius, instru-
mentum aliud quarimus. XII.

Sunt vero mentis ipsius (organi animæ) organa quedam,
ipsæ nimirum artes & scientiæ, quibus rectè & consentaneè res
intelligimus & tractamus. Sic enim idem ibid. scribit: ἔστι γὰρ
ἡ μὲν ὄργανον ἡπιστήμη ἡ δὲ γὰρ ἐστὶ χρήσιμος, καὶ θάπτει ἀλλοὶ ἀν-
λητῆ. Est mentis instrumentum scientia: Menti namque utilis sci-
entia est, ut tibia tibi.

XIII.

At neque hoc instrumenti instrumento, mentis scientia con-
tenti sumus. Instrumenti instrumentorum instrumentum aliud
volumus, quod, multò satius sit, si instrumentalem habitum ali-
quem nomines. Aut igitur in hoc tandem genere habituum ali-
quid loci reliquum fuerit Logica, aut erit in Utopia. Nam quod
præterea restet in Entium, in qualitatuum, in habituum generi-
bus, video prorsus esse nihil.

XIIII.

Habemus hic quod volumus scientiarum, quæ sunt organa
mentis, organon est logica, aut nihil est. Εὐγενία clamabat geomes-
tra, cum invenerat quippiam. Vox arrogantuli ne dicam an le-
tabundi potius. Sed nihil ego primus hic invenio. Nam & Alex-
ander Aphrodis. affirmavit dudum, ὄργανον χῶρον instrumenti
locum in philosophia, logicos Aristotelis libros obtinere.

XV.

Sed qualenam instrumentum est logica? Nam instrumenta
plura sunt, ut video. Numeratur in organicis scriptis & Gam-
matica, cum Rhetorica, per Ammonium. Tametsi illæ hoc organi
nomine non sunt ita celebrata. Peculiari privilegio sibi vendi-
cabit id Logice, κατ' ἐξοχῶν. Et est certè προσηρηγισμένον exactis-
simum

simum, ut Laert. lib. 5. in vita Aristot. nominat, & ὀρθογενὸν ὀρθογενῶν καὶ χεὶρ τῆς Φιλοσοφίας, Philosophia Manus. Grammatica verò non Manus est Philosophia, sed pes illius potius, ut ita loquar: at nimis (ὡς ὁμοίως) proculcata quorundam pedibus, ut Iocer in re seria.

XVI.

Porro Philosophia manus & instrumentum vocatur haec nostra, tum quòd Philosophia servit servitutum verè nobilem, in docendo sciendi modo: nam hunc profitetur clarissimè: tum quòd à Philosophis inventa est, qui sunt illi potissimum Treisviri, Socrates, Plato, & Aristoteles.

XIII.

At quid dico, Socrates, & Plato. Solus author est Aristot. Hic Logicam (ne de Physica dicam & de Metaph. cum Abenroè) solus invenit: quoniam antecessorum nemo digna illius nomine tradidit. Fuerunt sanè ante Aristotelem plurimi & sophistæ, qui artem differendi profitentes, de varijs disputarunt problematis. Verùm haud aliter comparata tum res erat, quam si quis polliceatur se artem traditurum, quasit effecturus, ne quis pedem offendat, idem verò postea non sutoriam doceat, neq; quomodo parari possent eam ad rem necessaria commonstret, sed magnam tantum calceorum omnis generis multitudinem proferat.

XVIII.

Sic enim isti ἀτέχως ἐνομοίως naturali opus artis ostenderunt in varijs disputandi materiis, artem ipsam omiserunt, nec ejus præcepta discipulis proposuerunt. Iacebat igitur horum tempore logica veluti vagiens in Cunabulis, Cur enim ita loqui non liceat, ut de rudi artis pictoriae principio Aelian. in var. histor. loq? Et nondum certè redacta erat certam in artis formulam.

XIX.

Primus Aristoteles trutinando cacumina rerum & communes notitias, loquendiq; formulas, & exempla disputationum diligenter

diligenter pensitando, causas deniq; errorum in alijs studiosè deprehendendo, artis præcepta notavit, conscripsit, in ordinem redegit. Et quemadmodum solus eam acutè invenit, ita perfectè complevit, inquit Abenroës, quoniam successorum nemo errorem alicujus quantitatis in verbis illius animadvertit, nisi nunc tandem, quod ego verbis Abenroës addo, quidam Ramus, si philosophis placet. Sed hic pro gratia, quam debebat inventori præter Deum, reposuit maledicta & calumnias, itaq; in naturam ipsam & in sacrosanctam veritatem peccavit.

XX.

Hæc igitur usq; primam definitionis quasi suppellectilem nobis comparavimus: Logica est habitus mentis instrumentarius à Philosopho genitus, vel quod eodem recidit, instrumentum philosophicum, non ars, non scientia propriè.

XXI.

Si tamen ars & scientia committantur in certamen pro genere logica, cedit hæc illi meritò. Similior enim arti est logica, & artificiosa ratiocinandi ratio, quàm scientia, cum effectiorem querat, ut ars, aliquam. Scientiæ verò titulus obscurat vim logicæ potius lib. 1. Reht. cap. 2. & absurdum est simul querere scientiam & modum sciendi Metaph. a. min. capit. 3. ait Aristot. Ideo Dialecticam non Ἰνστιτούω , non habitum cognitionis παραγμάτων , sed δύναμιν artificiosè cognoscendi & tractandi res Ἰνστιτούω appellandam censet.

Ἰνστιτούω .

Idem est Philosophari velle sine logica, quod fossorem metallicum esse sine instrumento, urna, falce, malleo: fabrum lignarium sine amussi, murarium sine perpendiculo. Vinitor ligone Philosophatur, inquit Lucianus: nos Philosophamur ope Logica.

B

ZHTH.

Z H' T H M A II.
DE FINE LOGICAE.

CONquiramus nunc pari molimine cœteras definitionis
Copēs, finem & subiectum logicæ: Nam à fine cuiusq;
instrumenti natura differentiaq; propria dependet:
Et ex fundamentis rem iterum arcessamus.

THESES I.

CERTUM est, non sibi servire, sed Philosophiæ & discipli-
nis, organon logicum. Philosophia veritatis scientia duabus
absolvitur partibus, theoretica & practica. Utraq; docet
aliquid veri, utriq; proposita est rerum, sub universali ratione,
cognitio.

I I.

Adminiculabitur igitur logica cognitioni veritatis re-
rum, & quidem universalium. Nam in rebus singularibus atque
sensibilibus, iudicium de veritate sensui ipsi permittitur.

I I I.

Rerum universalium intellectui subiectarum aliæ per se
tales sunt, ut veritas earum nota sit luce naturæ. Aliæ, ut per ra-
tionem & discursum innotescat.

I V.

Naturæ luce nota sunt principia, In Theologia, Deum esse
venerandum, In iurisprud. neminem esse ledendum. In Medici-
na, Contraria contrarijs curari; In philosophia, aut unum esse, aut
plura naturalium principia. In his & id genus alijs veritatem
agnoscit intellectus, & communis omnium notitia; nec opus est
ad veritatis tribunal logicum confugere.

V.

Cætera discursu demum & per dēſſw (ut Gal. loquitur)
innotescunt. Cujusmodi sunt illa; In philosophia, An voluptas
animi sit summum bonum; In Medicina Quæritur, an philtro con-
cilietur amor. an pestis sit morbus occultus totius substantiæ; In
Iurisprud. an mutuari possint furiosi; In Theologia, an Maria
tempore gestationis sacrosancti fœtus pura peccati fuerit.

Talia

VI.

Talia sunt in quibus usus est logica non parvus. Inibi opus est organo διακριτικῷ, ἐπεὶ πολλή τις ἐστὶν ἀμφισβήτησις περὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ κακὰ, καὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ψεύδους, καὶ ἄλλοι ἄλλο ἰόντων ἀγαθὸν καὶ κακόν, καὶ ἀληθές τε καὶ ψεύδος εἶναι, ut loq. Ammon. in p̄s̄at. in categ. h. e. Cum magna esset controversia inter homines de bono & malo, item de vero & falso, ac alii aliud existimarent bonum aut malum, verum aut falsum esse, opus erat nobis instrumento quodam, quo illa possemus discernere, quod est & dicitur demonstratio.

VII.

Quod ipsum de necessaria Logices utilitate, inductione quatuor facultatum, quas vulgò vocant, nunc persequar, adducendis duntaxat testimonijs.

VIII.

Quàm fecunda mater errorum in Philosophia fuerit ἀπαίδευσις τῶν ἀναλυτικῶν ignoratio logica, declarat Aristot. tum Metap. cap. 3. tum in Phys. Neq; enim aliàs Leucippus, Democritus Anaxag. Parmenides & Melissus, quos refutat Aristot. Tanto pere à vera lapsi ratione fuissent.

IX.

Indigebant igitur Philosophi, inquit Ioannes Grammaticus cognomento Philoponus, demonstratione tanquam instrumento, ad rectè constituendas & efficiendas partes Philosophiæ, τὰ θεωρητικὰ dico & τὰ πρακτικὰ. Quemadmodum enim faber lignarius rectum lignum à curvo disceruit regulà, & murarius erectum murum & æquabilem perpendicularo distinguit ab inclinato & inequabili: Ita quoq; Philosophus regulà apodicticà iudicat in theoria quidem verum à falso, in praxi bonum à malo.

X.

Si philosophiæ septis arctè conclusus esset usus logica, non haberem quod de reliquis dicerem facultatibus. Atqui non ita conclusus est, quin ad reliquas quoq; se proferat.

XI.

In Medicina Philosophiæ filia quanto sit vsui, Medicorum pontifex maximus Gal. agnovit, qui taxans Erasistratum, erroris, ait, fuisse causam ignorationem Logicæ, neq. Medicum agnoscit, nisi hac arte instructum, in lib. quod opt. Med. sit & philos. atq. inter alia veritatis investigandæ adiumenta, Methodum ponit non quamlibet quidem, sed optimam lib. de constit. art. Med. quam ab Aristot. & Theophrasto eius successore optimè descriptam esse testatur lib. 2. de decret. Hippoc. & Plat.

XII.

In iurisprudentia agnoscunt idem Cic. & Antistius Labeo: quorum ille beneficio disciplina huius civile ius omne in plenam & planam artis formam redigendam existimavit lib. 1. de orat. hic in Dialecticam literasq. antiquiores & altiores penetravit, eaq. præcipue scientia ad enodandos plerosq. iuris laqueos vsus est Gel. lib. 13. cap. 10. De Schurfio nostro quomodo taceam, non scio. Nihil est, inquiebat is, velle Iurisconsultum esse sine Logica, quam qui ignorant, ita lacerant causas, ut catelli panniculos.

XIII.

Ad Theologiam liceat ascendere. Nam & in verbo scripto famulatur Logice coniuncta cum timore Domini, ut Hagar Sara, ancilla dominæ, docens ὁρθολογίαν καὶ ἐλέγχων τὰς ἀνιδεργίας hoc est: rectè secare & contradicentes redarguere: & rationem monstrans ἡ θεωρεῖν καὶ εἰδέναι ἐκείνης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν, hoc est contemplandi & perspicendi vim singularum hypothesisum. Sed in hoc vsu Logices inter ascensum & descensum distinguere par est. A logica ad Theologiam licet ascendere. A theologia ad logicen non licet descendere. Nec omnia patiuntur includi se cancellis Logice.

XIIII.

Quæ commemoravimus hætenus utilitatis logica præconia, colligit in unum veluti fasciculum Philip. Mel. Ego veram, inquit, incorruptam & nativam Dialecticem, qualem & ab Aristote-

Stotele & aliquot eius non insulsis interpretibus, ut ab Alexand. Aphrod. & Boethio accepimus, prædico. Hanc affirmo non modo in foro & in iudicijs aut in Philosophia, sed etiam in Ecclesia valde utilem esse.

XV.

Quamobrem in omni disciplinarum genere ad veritatem comparatum est hoc organon, ut veritatem tueatur, si adsit: inquirat, si lateat: quæ quibus propositis sint, quæq; non sint sequentia, dispiciat Cic. in Brut. verum à falso & quasi curvum à recto internoscatur, ad instar perpendiculi.

Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis
Partibus ut cœat, nil ut deliret amussis,
Sit solidum quodcumq; subest.

XVI.

Hic scopus est, hic finis Logica primus & postremus, ut veritatis sit in disciplinis sive trutina sive lapis quidam Lydius, sive virgula censoria, sive Caduceus quidam Mercurij: Si tamen scopum à fine cum Gal. libeat distinguere, sanè licebit pro scopo veritatem Logico præfigere: pro fine veritatis adeptionem.

XVII.

Verum externus hic finis est, quem non semper consequimur. Et tamen Est aliquò prodire tenus si non datur ultra.

XVIII.

Ceterum internoscimus veritatem à falsitate eo potissimum instrumento logico, ad quod tanquam ad centrum referuntur & cætera à logico fabricata veritatis instrumenta omnia. Referuntur autem ad syllogismum omnia, nisi Methodum fortasse Ramisticam velis excipere.

XIX.

Quare syllogismus indaganda veritatis instrumentum est & medium primum, quod cum in logica fabricetur, & fabricationis eius sit opus ultimum per sese, Finis internus logices appellabitur, præsertim ἀπόδειξις ἢ μὴτρε ἐπισήμυς.

B 3

ΣΗΤΗ

Z E T H M A I I I.
D E S V B I E C T O.

1. **L**ogicam esse scientiam, negatum est supra. Fabricatricem instrumentorum veritatis, nec theoriã nudã contentam esse monstravimus.
2. Nihil igitur est quod subiectum hic queras præditum conditionibus, quas vocant, scientificis seu theoreticis. Subiectum operatricis disciplinae postulamus. Quod edocenter erat edicendum.
3. Quemadmodum enim in artibus necessum est materiam prostare aliquam in qua suum opus explicent artifices, quam pro arbitrio suo disponant, cui certis motionibus formam aliquam concilient: Ita & logicus certam habeat materiam in quam opus suum exercent, quam suo modo tractet & cui formam quasi τῆς ἐπισημῆς inducat.
4. Manifestum & illud est è superioribus, instrumenta hæc fabricari que sint usui non uni cuiquam ἐν τεχνία, sed omnibus ambitum rerum tam necessariarum quam contingentium complectentibus.
5. Ex quibus efficitur, subiectum esse Logice non ἐν τῷ γένος non partem Entis aliquam ex universitate rerum abscissam, circa quam versetur: Sed res omnes, que cadunt sub cognitionem hominis.
6. Ac propter hanc subiecti amplitudinem atq; communitatem merito Philosophus lib. 1. Phys. appellat hanc disciplinam κοινὴν τῶν ἀσῶν, & negat διαλεξιμὴν esse ὀρισμένων ἰσῶν ἢ γένος ἐνός ἴσος lib. 1. poster. analyt. context. 85. Quis enim est qui non videat omnium artium res, subiecta, & prædicata communia includi prædicamentis & prædicabilibus?
7. Veruntamen hoc totum Entis & rerum veluti latifundium hæc nostra non suo iure possidet: neq; res & proprias earum affectiones realiter explicat. Quis enim logicæ vellet assignare doctrinam de peccato, de lege Dei, de fide, de Evangelio: de matrimonio

nio

nio contractu, & hereditate: de sanitate, morbis & symptomatis: de liberalitate & temperantia; de natura, motu & anima?

8. Non igitur eiusmodi πράγματα sed λόγος πραγμάτων possidet logica, & ἀόριστος ad omnes res seu prima rerum νοήματα haecenus saltem sese extendit, quatenus in hoc uno conveniunt ut ritè explicari, defini, distingui, dividi, demonstrari, sciri velint, & recipiendis secundis notionibus atq; instrumentis logicis substrata sint. Neq; enim existimandum est in predicamentis universitatem rerum quoad res sunt, explicari, sed prout sunt predicabiles aut subijcibiles, & alia notiones secunda possunt ipsis applicari.

9. Ex quibus intelligitur planissimè discrimen communitaris logicae & Metaphysicae. Illa precario Ens omne sibi subijcit. Haec, Ens quatenus Ens suo quasi iure possidet: nec tamen in illa κλήσει sua logico χεῖρον usum & occupationem aliumq; tractandi modum invidet.

10. Ac per negationem & privativè rectius intelligitur communitas logica contrario modo Metaphysicae. τὰ καθόλου νοήματα Logicae sunt communia negativè, quatenus sunt ἀόριστα indefinita, nulliusq; disciplinae propria, & extra genus illarum rerum, quibus accommodantur, posita: quemadmodum & locus aliquis multorum communis usu & occupatione, nullius proprius dicitur. Neq; enim instrumenta ad ullum opus efficiendum astricta esse par erat, cum ad omnia adhiberi debeant.

11. Metaphysica contra communitas affirmativè positiveq; ratione Entis simpliciter, quò ad Ens est, describitur: Eaq; communitate Entis omnium scientiarum res subiecta, predicata omnia, principiaq; continentur.

12. Quod discrimen indicandum erat propterea, ne iurisdictionem Metaphysicae reginae disciplinarum, ἰεργικῆ καὶ τελικῆ cum terminis agri logici confundi patiamur, ut Ramista confundunt.

ΑΥΧΗΣ

QVAE de genere, cum effectrice causa coniuncto, quæ de sine
& subiecto differuimus hucusq, & fundamento solido edu-
ximus, hac definitionis forma nunc colligamus:

Logica est habitus intelligentis animi organicus à Philoso-
pho genitus ad veritatem in omni re dexterius apprehendendam
atq, tuendam.

Si breuiorem mavis, hanc definitionem accipe:

Logica est instrumentum Philosoph. veritatem in omnibus
à falsitate discernendi.

Si brevissimam: Logica est disciplina modalis seu modus
sciendi (aut exquisitè aut probaliter.)

Ceterum à potissimis instrumentis definiri solet ars defini-
endi, dividendi & argumentandi.

Obscurior autem illa Platonis est constituta ex officijs: Lo-
gica est quæ docet facere ex uno multa & ex multis unum, hoc
est: unum & confusum in multa dividere & distinguere: divi-
sa & multa in unum definiendo & argumentando colligere. Sic
enim Plato in Phædro: Harum divisionum ego (inquit) ô Phædre
amator sum, itemq, collectionum seu compositionum, quò & in
dicendo & sapiendo prestans sum, & si etiam alium quempiam pre-
stantem putavero, ut ad unum & multa à natura respiciat, hunc
ego persequar velut vestigia Divi, ac eos qui hoc ipsum facere pos-
sunt, Dialecticos voco.

Corollarium ad definitionem.

Anaxagoræ dicebatur homo sapiens propter Manum ὄργα-
νον ὀργάνων, sed invertite rem cum Gal. & Aristot. Manus est homini
propter rationis sapientiam. Accommodemus hoc ad manum philo-
sophiæ logicen. Non, si logicus es, ob id es sapiens. Sed quia sapi-
entiæ studes, adminiculo eges logico. Logicus est personatus tan-
tum Philosophus, sicut orator est personatus politicus.

ZHTH

ZĤTHMA IIII.
DE PARTITIONE LOGICAE.

1. *S*ecari solent scientia perinde ut res, de quibus agunt.
2. *S*rerum in quibus opera logica cernitur, quaedam sunt ejusmodi, ut doceri duntaxat & demonstrari velint: quaedam ita controversa, ut in utramq; partem affirmantem & negantem probabilia ad disputandum argumenta suppetant.
3. Prior illa materies vera necessario: posterior vera quidem at probabiliter est: Quibus accedunt quae *Φαυομένως* quidem vera, sed reapse tamen falsa sunt atq; captiosa.
4. Iam si praecpta logica cum rebus illis compares, apparebit evidenter, alia rebus illis in universum esse communia: alia cujusq; propria.
5. Ex hoc fonte promanant duae partes logica, Generalis & universalis una, specialis atq; particularis altera. Illa de communi forma syllogistica & eodem attinentibus: haec de proprijs materia notis atq; conditionibus.
6. Communis logicae pars docet simplicia νοήματα distinguere, eademq; postea componere, Enunciationum varietates discernere, syllogismorum formas & argumentorum species internoscere.
7. Continetur haec pars prioribus analyticis, quae structuram syllogismi praecipue pertractant, eamq; formalem. Et cum ex enunciationibus syllogismus fiat, haec librum de interpretatione sibi vendicant. Enuntiationes consunt ex simplicibus terminis, quorum varietas in predicamentis, adminiculante predicabilium doctrina cognoscendis explicatur.
8. Atq; haec logici corporis est anatome, haec sunt illius edificij formaliter construendi tum partes tum particula, parietes, ut ita loquar, & calx, ligna, lapides. Nulla sunt hac in parte *περάγματα* sed communia *τάδε* compositionis Enunciative & syllogisticae *λόγοι καὶ τεότοι περάγμάτων* applicabiles rebus omnibus & a rebus tamen omnibus adhuc secreti.

C

9. Atq;

9. Atq; hæc dixisse satis sit de communibus ijsq; formalibus. Materia sequitur, cuius ut difformis est ratio, ita diversis logicae libris in parte propria declaratur.

10. De conditione vera necessariaq; syllogismorum materia præcipitur in Analyt. poster. De verisimili & probabili in Topicis.

11. Neutrobi res scientiarum ipsa materiaq; tractantur, sed discrimen Apodicticum & Topicum inter necessarium & opinabile verum explicatur inibi cum distinctis notionum differentijs, quod postmodum ipsis rerum conceptibus in scientijs applicari potest.

12. Apodictica posteriorum analyt. præscribit regulas, quibus verum necessarium in omni scientia deprehendatur. Topica locos & propositiones maximas suppeditat, quibus diligenter pensatis, adhibito artificio inveniendi medijs, quid in omni questione verè probabiliter dici possit, cognoscitur.

13. Vtraq; ad verum tum inveniendum tum iudicandum pertinent: Nec obscurum est, quid de Ramæa partitione Logica sentiendum sit.

14. Quod ad falsam deniq; materiam & speciosè probabilem attinet, ad Elenchos sophisticos ea reijcitur.

πρόλογος.

Fundamenta logicae nostræ duo sunt 1. Notionum primarum & secundarum distinctio. Alterum discrimen Forma & Materie syllogistica. Qui primum susq; deq; fert, expediat se, si potest, ex his paralogismis.

1. Animal est genus definiendi hominis.

Homo est animal.

Homo igitur est genus definiendi hominis.

2. Animal rationale est definitio hominis.

Homo est animal rationale.

Homo igitur est definitio hominis.

3. Deus sola sua potentia creavit cælum.

Deus est argumentum [Ramo]

Ergo argumentum sola sua potentia creavit cælum.

4. Argu-

4. Argumentum est quod rei dubiæ fidem facit.
Dubium in hac enunciatione: iudicium de morbis est
dubium: est argumentum.
Ergone dubium rei dubiæ fidem faciat?

*Formæ conditiones qui non internoscit à materia, non acutum
videt quid distent erua lupinis. Datur enim syllogismus qui in ma-
teria falsus, in forma legitimus: datur qui in materia verus, in
forma vitiosus. Demonstrabo:*

*Pighius Pontificiæ sedis Parasitus de Eccles. Hierar. lib. 1. cap.
4. sic argumentatur:*

Quod clarius & minus flexibile atq; vivacius, eius efficacior
est autoritas, quàm quod non est eiusmodi.

Traditio in Ecclesia continuâ successione conservata est cla-
rior & inflexibilis, cum contra scriptura sacra sit ob-
scurior, & in diversas sententias se trahi & eludi per-
mittat, ut nasus cereus, præceptor mutus, litera mortua.

Ergo Traditionis eius efficacior est autoritas, quàm ipsius
Scripturæ.

*Materia hic non dicam falsa, sed blasphema est, qualis erat &
illa Vvicelii διαβολῆ, qui augustissimam vocem Evangelium
malitiosè deflectebat in German. dictiunculam Eigenwillium.
Forma verò per se mala non est, & vel pueris nota, ut ad rem &
materiam ibi respondendum sit, non ad formam tela dirigenda:
quæ tamen ipsa forma, si materiam spectes, à veritate, cassa nuce
est inerior.*

*Contra Melissus in formam peccabat, non item in materiam,
cum statueret naturalium rerum principium unum infinitum &
immobile, expers finis & principii, ut videre est lib. 1. Phys.
αυγοα. Aristot.*

Quicquid factum est habet principium.

Ens non est factum.

Ergo Ens non habet principium.

*Minor hic in prima sig. fit negativa, quod est in formam ad-
missum puerile vitium.*

*Iam si formæ ratio esset eadem quæ materiæ, (quemadmo-
dum hanc cum illa passim confusam à Ramistis, legimus) nullus*

*esset Syllogismus in forma bonus, qui non in materia identidem:
nullus in materia, qui non & in forma pariter.*

Sed vide sodes, si plura vis, quid fiet?

Quicquid lucet est stella.

Omnis Cometa lucet.

O. igitur Cometa est stella.

Forma legitima est, falsissima materia.

Quid, si formem aliter?

Omnis stella lucet.

O. Cometa lucet.

O. igitur Com. est stella.

*Hic major est vera, minor est vera: Conclusio tamen falsa.
Sed quâ lege? Certè non materia præmissarum, sed formæ vitio.*

Qui rationis est compos idem est & docilis.

Homo est docilis.

Homo igitur compos est rationis.

*Verum ex veris quidem hic concluditur, sed vide, quomodo
in secunda figura.*

Omnis homo est docilis.

O. homo rationis compos est.

O. igitur rationis compos est docilis.

*Verum ex veris si materiam consideres, sed perperam in
tertia figura universale concluditur.*

Simile discrimen formæ & materiae est in Enunciationibus.

*Nam hæc quidem materiae causa dicatur sanè necessaria: Homo mo-
ritur: non tamen necessaria necessariò & formaliter, qualis hæc de-
mum est: Necesse est hominem mori: Forma differunt Modales
ab absolutis propositionibus.*

*Fundamenta huc usq; demonstrata sunt geminæ Logica, qui-
bus ea quæ non insistit logica aliorum, constare solide non potest,
sed levi sive brachio commota sive pede pulsata
labefactatur evertiturq;.*

Fortè nisi constans sit levitate sua.

F I N I S.

94 A 7363

ULB Halle 3
002 826 550



5b.


V47

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Campus in Berlin-Potsdam
Via Lorenza kam für die



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formavit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnatio uerbi:
ut scilicet prius ipsum inciperet me-
te quam carne. Mutans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni ve-
beram. Que bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerit conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. Que cum gratia plena sit.
prius etiam quam accipiat: post accep-
tionem quantum dei habundat gratia
quis cogitare possit? Unum ieronimus
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestatur gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
uere gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbre perfusa est omnis
creatura. Que celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fidei
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. Dicitur
quoque ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimpleat
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se
uirgini gratissima: ista tamen clausula
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Licet enim iam eam in uirgine: non
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-
luit esse secum. Hec etiam sola per
omnes mulieres et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. Cum
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei quod ait In dolo par-
es: uirgo maledictioni legis non
erat. maledicta sterilis: sed inania
utrumque maledictum uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. Unde
ipsa primicia uirginum dum primo
uirginitate sua de obtulit. maledic-
tionem legis aboleuit: et merito benedicta
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. Et notandum
quod super hac saluationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alius
excellens dulcis et gratiosus uirginem
salutem potit: quam dicitur sa-
luatioem quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. In quo
uobis singulis dulcissima implen-
tur mysteria. Nam deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset inimicus ab omni uer-
tute uirginis que filia



40



ORATIONE
NATURA
MENTIS ARI-
AE LOGICAE

è proposita
Vitebergen-
Academia,

AE S I D E
INE VIN-
O GARDALEG.

Poëta Laureato,
condente
BERTRAMO
stadiensis, Sax.

oris matut. in Audi-
o magno.
BERGAE
ationis, Anno 1602.

